DE VENENORVM SIgnis, & præcautionibus.

CAP. XXXI.

IAM ad rem ipſam me convertam. Sed imprimis erit vtiliſſimum de venenorum omnium ſignis & præcautione agere. Eorum igitur ſigna univerſalia maximè ex ſecundis qualitatibus deprehendenda; hæ enim maximè ad mixti tẽperaturam ſequuntur, ut refert Galenus libro 5. ſimplicium medicamentorum. Modò cum ipſorum medicamentorum temperatura earum ſit rerum, quæ ſint inconſuetæ, & à cõmuni hominum uſu abhorrent, non mirum videtur, ſi conſequenter eorum ſapores ſunt indelectabiles. Illæ enim res non valde delectant, quę in craſi ſunt nobis diſſimiles; venenum autem cum nobis maximè adverſetur, ac noſtrã naturam corrumpat, non mirum videtur, ſi ſaporem valde extraneum, ac indelectabilem habeat. Odor etiam ejus valde extraneus exiſtit, color inde etiã ipſius valde eſt diverſus à coloribus ciborum, qui in cõmuni hominum uſu ſunt; vide quam peſſimi & pravi ipſis colores in-

ſint,